

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Status Religiosus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

jorem gloriam vigent caritatis exempla, v.g. redemptio captivorum ex mancipatu Barbarorum sui etiam ipsius oblatione, patientia laborum, ærumnarum, cruciatuum, ipsius mortis & mille tormentorum contemptus purè pro Christi fide in ultimis terræ partibus apud homines feris similes propagandâ. Et quomodo possibile est? ut illæ sectæ, quæ à religiosis v.g. Apostatis sumpsere initium, consilia Evangelica sustinent esse figmentum, (cùm præcepta Dei servari ne quidem possint) & fidem solam sufficere sine bonis operibus volunt, illæ inquam sectæ D. N. J. C. autorem, ejusque Apostolos, & horum in primis sæculis successores habuerint propagatores. Si autem nec autorem Christum, nec propagatores Apostolos eorumque primis sæculis successores habent, de maligno sunt. Nos pergamus ad elevationes pias mentis in Deum ex ipsis religiosi statûs qualitatibus.

*Status Religiosus.*

**E**cce nunc benedicite Domiu[m] omnes servi Domini, qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri, in noctibus (cantantes in cho-ro) extollite manus vestras in Sancta, & benedicit[e] Dominum. Ps. 133. Narrabo nomen tuum (verbo & exemplo) fratribus meis, in medio Ecclesia laudabo te. Ps. 21. Melior est dies una in atriis super millia. Elegi abjectus esse in domo Dei magis quam habitare in tabernaculis peccato-  
rum.

rum. Ps. 83. Dedit illis regiones gentium, (v. g. Benedictinis in prioribus sæculis) & labores populorum possederunt, ut custodiant justificaciones ejus, & legem ejus requirant. Ps. 104. Non omnes capiunt verbum hoc, quod tu religiose felix sis in vita hac habens in ea centuplum spirituale quoad gratias & consolationes internas, & temporale quoad victum vestitum sine ulla à te impensa cura, & tot domos ac bona, quot ordo tuus possidet; in altera verò vitam æternam, non simpliciter, sed cum immenso, quem tibi comparare potes, coronarum æternarum augmento. Ego hæc considerans ejusmodi mihi ideam formo. Torum humanum genus, moraliter loquendo, à provida Dei manu quasi conclusum est in hoc mundo, quasi in uno ample palatio. Domum ejus superiorem, sive primatum & altius ædificium incolunt religiosi quasi ephœbi camerarii fruentes maximis favoribus & gratiis suæ divinæ Majestatis, qui sine sollicitudine vivunt ex laboribus aliorum. Inferior domus in varias alas divisa incolitur à sacerdatis summa, infima & medioxima conditionis, quos omnes ferit maledictio Adæ intentata. Maledicta terra in operet tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vita tua, spinas & tribulos germinabit tibi. Gen. 3. Sive physicos sive morales, quibus cujuscunque demum statū homines, & sæpè magis magni in hoc sæculo, quam alii subiecti sunt in hac miseria rum valle. Hoc tantum cave mi religiose, ne & te aliquando terribile illud fulmen feriat.

In

162      *Pars secunda de elevatione*  
*In terra Sanctorum iniqua gessit ; non videbit gloriam Domini, Is. 26.* Quia è eælo exclusus, tot  
præ innumeris aliis cumulatus à Deo favoribus,  
in inferno centuplo etiam plus præ illis in æter-  
num cruciaberis, & quidem eò magis, si alios  
præterea à via recta verbo & exemplo abdux-  
ris, ut pô dolor fecere Lutherus aliquæ à fide  
& ordine religioso Apostatae.

*Unde ruina & unde conservatio religiosi ordinis.*

**R**uina est ignorantia & neglegens disciplina,  
conservatio est disciplina, & scientiarum  
competentium indefessum studium omne ou-  
rum eliminans, quia tempore Lutheri quodad  
hæc duo defectus erat, tantam quoque cladem  
passa est Ecclesia. Tom. 6. apud Mesnik l. 35.  
doctr. & discipl. Eccles. pag. 603. Memoratu  
digna est epistola, quam Carolus M. Imp. &  
Rex Franciæ scripsit ad Metropolitas Episcopos  
& Abbates, in qua litterarum studium, ut in  
monasteriâ religiosorum inducatur, summope-  
re commendat. Inde excerpti sequentia.

Consideravimus utile esse, ut Episcopia & Mo-  
nasteria, præter regularis vite ordinem, etiam  
in litterarum meditationibus, docendi studium  
debeant impendere, nam cùm nobis in his annis  
nonnullis monasteriis sapientia scripta dirigerentur,  
cognovimus in plerisque eorundem & sensus rectos  
& sermones NB. incultos, quia quod pia devotio in-  
teriorius fideliter dictabat, hoc exterius propter ne-  
gligentiam discendi lingua ineruditæ exprimere sive  
reprobare.